

tum est ad Agnus Dei, unus ex monachis fert aquam sacratam ad aspergendum, alius thuribulum, thuris incendi causa, tertius faculas ad ligna inflammanda, quartus imaginem Crucifixi. Invocatur a cunctis Dominus Jesus Christus, & sanctissima mater ejus pleno ore, ut rei veritas declaratur. Sacrificio peccato, deponit casulam, crucemque manu gestat Abbas, qui sacrificaverat. Petrus quoque dicebatur. Litanis absolutis, unus ex Abbatibus eligitur, qui clara voce populo exponat petitionis, & sponsonis conditionem. Deinde Abbas Petrus, cum cruce quam manu gestabat, S. Joanne interim coram adstante, & orante, ingreditur per medios ignium globos, flamma in similibus ascendente, calcataque ardentis prunas, quae erant in via inter lignorum incensas strues. Sed prius quam ingrederetur cunctis audientibus, ita precatur est: Domine Jesu, lux vera omnium in te credentium, peto misericordiam tuam, oro clementiam tuam; ut, si Petrus Ticinensis, qui dicitur Florentinus Episcopus, pecunia Florentinam sedem occupavit, tu aeterni Patris filius, tu mea salus, in hoc tremendo iudicio ad me adjuvandum festines, & me illatum sine ullis adulationis vestigiis conserves, sicut olim tres pueros in fornace Babylonica servasti. His dictis, per medios penetrat ignes, neque corpori, neque vestimentis ullo adulationis vestigio inherente. Cumque vellet vertere sese, & eadem via per flammam reverti, a populo retinetur, qui per jam perspicui rei veritatem edocto.

Vide lector, quam admirandus Deus in sanctis suis, & quo modo divina sapientia varios ac multiplicis quasi ludos edat, ut admirationem ac venerationem in cordibus nostris exciret. Volat ferrum, & in aere pendet, sequiturque manus innocentis unius, fugit alium, & candentia servata multis post mensibus inveniream ac punit. Popponi chirotheca est ferrea ignita, quod foret ex leni corio suavis imbuta pigmentis: circa corpus posita eidem adurit vestes, corpore illo, edax vis flammæ, sed in Abbatem Petrum (qui postea Episcopus Albanensis) ut simonia detegatur, ne hoc quidem valet; sed Babylonium renovat spectaculum. Confer nunc hæc cum his quæ hæreticis acciderent. Tam procul ab eis hæc Dei virtus, quam remota ab eorum mente vera fides.

Duas historias narrat *Casar. Cisterciens. lib. 3. mirac. cap. 16. & 17.* In Cameraaco (inquit) civitate Episcopali infra hoc quinquennium plures hæretici comprehensi sunt, qui omnes timore mortis suam perfidiam negaverunt. Missus est ab Episcopo Clericus, qui negantes per candens ferrum examinaret, adductos hæreticos esse sententaret. Examinati sunt omnes, & combusti sunt omnes: qui cum traherentur ad penam, unus ex eis, vir nobilis sanguine, reservatur a Clerico ad vitam, si forte illum quoquo modo reducere posset ad penitentiam; cui sic dixit: Homo nobilis es, misereor tui, & comparior animæ tuæ: rogo & moneo, ut adhuc de tanta perfidia resipiscas, & de errore ad veritatem redeas; ne per mortem temporalem, mortem incurras æternam. Ad hæc ille respondit: Experimento didici me errasse. Si seta penitentia mihi prodesset posset, non renuere confiteri. Cui cum ille diceret, penitentiam veram nunquam esse feram; vocavit Sacerdotem, confessus est homo errorem suum, ex toto corde Deo promittens, si vita concederetur, satisfactionem.

Ut autem pius Dominus vim ostenderet confessionis, mox ut penitens cepit peccata sua confiteri, cepit & ipsa combustura in manu penitentis paulatim minui; quæ in tantum, eo aspiciente, decrevit, in quantum confessio profecit. Medietate confessionis peracta, media pars plagæ est sanata: ut autem confessionem totam complevit, & virtus ipsa confessionis, combusturam tam in colore, quam in dolore delevit, & manus pristinam sanitatem recepit. Vocatus est vir à Judice ad ignem: ad quem Clericus: Quare eum vocatis? Ut ardeat, inquit, eod quod in examinatione combustus sit. Tunc Clericus, ostendens manum ejus sanissimam, liberavit eum à pœnis, cæteris igne consumptis. Hæc cum audisset magister Conradus, respondit Abbati: Et ego dicam vobis simile, quod ante paucos annos apud Argentinam recordor accidisse. Decem hæretici in eadem civitate, scilicet Argentinæ, quæ & Strasburgh, comprehensi sunt; qui cum negarent, per judicium candentis ferri convicti, sententia incendi sunt damnati. Die statuto, cum ducerentur ad ignem, quidam ex comitantibus, uni illorum dicebat: Miser damnatus es, age vel nunc penitentiam, peccata tua confitendo, ne post incendia corporis, quæ momentanea sunt, animam tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui cum ille diceret: Considero quidem me errasse, sed timeo penitentiam tantæ necessitatis, minus acceptam esse Deo. Respondit, Ex corde tantum confitere, Deus est misericors & penitentem suscipit. Mira res: mox enim, ut homo confessus

est perfidiam, manus ejus plenam recepit sanitatem. Tardante eo in confessione, cum à Judice vocaretur ad penam, Confessor ejus judici respondit: Non justum est, ut homo innocens damnetur injuste. In cujus manu dum nullum vestigium combustionis reperiretur, dimissus est. Habebat idem homo uxorem non longè à civitate manentem, horum quæ dicta sunt, prius ignoram; ad quam cum venisset gaudens, dixissetque Benedictus Deus, qui me liberavit hodie ab interitu corporis, & animæ, causam ei exponens: respondit illi: Quid fecisti, o miserime? quid egisti? ut quid propter momentaneum dolorem recessisti à fide tua sana, & sancta? magis deberas, si fieri posset, centies corpus tuum incendiis subicere, quam à tam probata fide semel recedere.

Sed quem non seducat vox serpentina? Immemor ille beneficii sibi divinitus collati, immemor tam evidentis miraculi consilio uxoris acquievit, & errorem pristinum resumpsit. Deus vero non immemor vindicte, pro tanta ingratitude manum plagavit utriusque. Renovatum est incendium in manu hæretici, & quia conjux audierat exitu resumpti erroris, conors facta est redivi doloris. Tam vehemens erat incendium, ut ossa manuum penetraret, & cum uti non auderent clamoribus in villa, quos vis extorfit doloris, fugerunt in nemus vicinum, illic ut lupi ululantes. Quid veris immeret? proditi sunt, in civitatem reducti sunt, simulque in ignem nondum plene extinctum missi, & in cinerem redacti. Quid hoc quæro rei? an hæresi flamma, quod umbra corpori? adeone hæresi debita flammam exultio, ut cum fuga erroris vis recedat ardoris, & errorem redeuntem ardor inseparabilis comiteret? Miraculi igitur plena hæc olim purgatio fuit; & idem non injuria subacta fuit, quia miracula polcere non necessaria, Deum est tentare.

Sed quis vetuit constare vetuisse Fridericum II. *Neapoli. consil. c. 3. l.* Ex decreto etiam Gratiani *c. Memnam. 2. q. 5.* Videatur Greg. M. Cave fallaris, facinus hoc Gratiani est, vel incitior scriptoribus. Nihil tale Gregorius rescripsit, lege totam illam Epistolam ad Brunichildam Reginam Franciæ, quæ superest, *l. 1. reg. s. r. epist. 8.* videbis purpureæ chilamydi alium stramineum lumbum; quem nec Ivo Carnotenus agnovit *p. 5. decreti post med.* nec antiquior Gratiano, quod sciam.

Sed prohibuit Stephanus V. ad Moguntinum Archiepiscopum scribens, Petri candentem, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent Canones.

PER IMPRECATIONS.

*Eaque ostenduntur efficaces, crimenque probare, maxime si à filiis adversus parentes admittuntur.*

Refert *Gasp. Hermebergius in Chron. Prutenico*, admodum tragicum exemplum de pena divina ingrati contumacis filii, qui verberibus in patentes saevierit, & propterea ex imprecationibus eorum à serpentibus, & quidem in tali loco, ubi antea nulli conspecti essent, corrolus & occisus sit. Præterit autem serpens cæteris grandior, & immanior, ipsius dexteram, qua parentibus plagas infligerat, planè corrolerat, qui, ut & reliqui, illo misere mortuo, non amplius comparuerunt. Idque accidisse Passenheimii omnium cum horrore, pœnam divini animæ advertentium, scribit.

Præterea narratur historia de Muliere Florentina illustri atque opulenta, quæ, mortuo marito, superstites duos habebat filios, quos delicatè, & indulgentè educaverat, donec adulti essent. Quodam vero die in iram versi, matrem pluribus verberibus malé mulcitarunt. Quod scelus ipsa impatienter ferens, horrendis imprecationibus adversus illos usa est, genibus procumbens, & terram manibus pullans, Erynes, cæteraque infernales pestes in rabiem filiorum, magno cum gemitu invocavit. Exaudiunt demones, juvenes aggrediuntur, illos in furias exagitant, qui statim, ut rabidi canes, mordaciter ad invicem sua membra contordunt: concurrent famuli, fit clamor ingens, alii funes, alii catenas ferunt, ligantur juvenes, nec tabe contineri valent.

Eodem modo *Beatus Augustinus*, de decem fratribus, & fororibus, in urbe Cappadociæ Cæsareæ, quorum septem erant mares, tres femine, insignem historiam commemorat. Ant enim illos, quod matri injuriam intulissent, ipsius maledictio confestim hac pœna divinitus omnes coercitos, ut horribilit

\* Inquisitio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Inquisitio est investigatio solers veri, ab Inquiro, *verbo*, sive est informatio de re obscura aut ambigua. Aliquando pro vitio accipitur, scilicet investigatione scilicet, vel iniqua exploratione eorum quæ ad nos non pertinent, quomodo usurpatur apud *Quidam*.

*Filius ante diem patrius inquiri in annos.* Est autem Jurisconsultis, & Judicibus proprium inquisitionem facere, idque tristitiam; vel enim generaliter inquirunt, ut dum visitant Provinciam, aut decreta examinant; vel specialiter de certo crimine & persona: vel mixtum, quando vel crimen vel persona sola est specialis.

INQUISITIO FACTA. IN QUOS. PATA. IN OTIOSOS.

¶ *Consule Titulum de Mendaciis & Mendaciantibus.*

IN FACINOROSOS ET ALIOS

DELINQUENTES.

Inquirere, ad iudices propriè pertinet, ut quorum est judiciali quodam more inquirere veritatem. Quomodo Lucas in *Act. cap. 12.* dicit, Herodem inquisitionem fecisse de custodibus & militibus, qui Petrum in carcere custodiverant, postquam ille per Angelum de nocte eductus fuisset, ubi pro Inquirere latine habetur Græcè *ἀναζητεῖν*, quod significat suscitare, examinare, imò & quæstionem habere, juxta Budarum.

Duplex est autem Inquisitio, Generalis & Specialis. *Abbin. c. 2. Qualiter, & quando de Accusatione.* Generalis, quando iudex ex officio inquiri generaliter, non autem contra certam personam, an sint facinorosi in Provincia, vel civitate, vel quando crimen est publicum, & latet malefactor.

Specialis est, cum specialiter de certo malefactore inquiritur, ad eum penitendum, ob publicam utilitatem.

*Quæ delicta cadant sub Inquisitionem?*

- 1. Primo iudex inquirere potest de quocunque maleficio denunciato per officialem publicum ad hoc deputatum.
  - 2. De quocunque delicto propter præcedentem incidentem cognitionem, ut in fallo teste. *C. de testib. l. Nullum.*
  - 3. De quocunque crimine, propter præcedentem generalem inquisitionem, sic ut fiat specialis.
  - 4. Quandocunque malefactum committitur coram Jure, ut puta in charta falla coram eo producta. *l. Inubemus, C. de probatione.*
  - 5. Quando crimen atrox est & enorme.
  - 6. Quando est evidens. *Lea quidem. C. de accusat.*
  - 7. Ex officio inquiri contra testes falsos, utorem suspectum, &c.
  - 8. Inquitur de Jutibus principis, & pecunia fisco applicanda.
  - 9. Contra illos qui ferunt arma vetita, aut tractant ludos vetitos. Item contra vagabundos, otiosos. Item omnia quæ de consuetudine solent inquiri.
- Quæ autem requirantur ad validam Inquisitionem, videantur apud *Azor. Instit. moral. p. 3. lib. 13. c. ap. 18.*

CONTRA HÆRETICOS.

Sunt Inquisitores hæreticæ pravitatis, ad quos spectat examen, & indagatio eorum quæ religionem Catholicam concernunt, ut puta librorum, sermonum, scandalorum, & si quæ sunt alia, quæ in negotio religionis adhibentur, & quibus ea labefactari aut imminui possent. Qui autem eorum ex ambu præstant, Inquisitores vocantur: & tribunal illud Inquisitionis nomen obtinuit, hæreticis admodum ingratum. Vide infra.

INQUISITORES APOSTOLICI

CUR, ET QUANDO INSTITUTI.

Episcoporum munus est, plebes sibi commissas pacere, & instruere in doctrina sanataque ab hæreticorum doctrina tueri, omniaque in Religione scandala quovis modo tollere. Atqui Episcopi pluribus implicantur, sedes Apost. certos iudices deputavit, qui hæretibus, & hæreticorum machinationibus, quæque ex dogmatibus eorum oriuntur, scandalis invigilarent: quos ob id sacros & Apostolicos Inquisitores appellavit.

Munus Inquisitionis factè primò delatum legitimus S. Dominico Prædicatorum fundatori circa annum m.c.c.viii. Is enim ex Hispania comitatus suum Episcopum, contra Abigenium

Ater, membrorum tremore quaterentur: ac toto penè orbe, quo cæteris forent spectaculo, vagarentur.

Ad vetera pertinent, quæ *Plato lib. 2. 1. de Legib.* ita scribit: Oedipus contemptus à filiis, ea illis imprecatus est, quæ exaudita effectaque à Deo, apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phœnici filio iratum, illi maledixisse ferunt; & Hypopolitæ Thesæa, plurimoque aliis aliis; quibus aperitissimum factum est, à Deo preces parentum adversus filios exaudiri. Namque imprecatio parentis nihil perniciosius filio, nec injuria.

PER SORTES.

¶ *De quibus sub Titulo Sortium.*

PER INDICIUM SIGNI CRUCIS.

De eo ita legitur in Testamento Caroli Magni apud Nauclerum: Si causa controversæ inter partes orta fuerit, quæ hominum testimonio definiti non potest, volumus, quod ad declarationem rei dubiæ, iudicio crucis Dei voluntas & rerum veritas inquiratur. *Et in capitulari:* Quod si accusator contenderit voluerit de iplo perjurio, stent ad crucem; & si jurator vicerit, lege ipsa accusator emendetur.

PER SUMPTIONEM S. EUCHARISTIE.

Hujus purgationis meminit *Greg. Tironensis lib. 10. cap. 8.* ubi narrat: Quendam de gravi crimine suspectum, hoc est indicio purgasse; eique dictum à sacerdote, qui S. Eucharistiam ministrabat, asserit: Tu verò, si idoneus es, ut asseris, accede propius, & sume tibi Eucharistiæ particulam, atque impone ori tuo; erit enim Deus igitur plena hæc olim purgatio fuit; & idem non injuria subacta fuit, quia miracula polcere non necessaria, Deum est tentare.

DIVINA VIRTUTE. MIRACULO.

DANIEL propheta, edicto impio quom non paruisset, urgentibus regi proceribus, in foveam leonibus obtruditur, & servatur à Deo. Regi autem ad foveam inclamant, Daniel respondit: Deus meus misit Angelum suum qui occultis eos leonum, ut non lederent membra coram eo puritas inventa est in me, & coram te, ò rex, maleficium non commisi. *D. azor. 6. 23.*

VERCELLIS, Ligurum urbe, à viro Uxor adulterii accusata, cum torqueretur, constanter crimen semper negavit. Juvenis autem, quo cum adulterasse dicebatur, tormentorū impatiens, quod non patrarat, patrasse se falsus est: atque ob eam rem ambobus à consule morte damnatis, prodigio veritas detecta est. Juvenis enim mendax gladio percussus, caput semel ictus amittit: septies autem cum semina gladio percussa esset, non casum modo, verum etiam jugulo punctum petto, ferrum retro ab ejus carne velut à filice semper resiliit, præterquam in extremo ictu. Tunc pro mortua ut lepelleter elata, in loculo vitam recepit, in hæc verba prorumpens, Dominus auxiliator meus, non timebo, quid faciat mihi homo. Anus quemdam interim, quæ Ecclesiæ sustentabatur opibus, moritur, & in tumulo illo componitur. Quo delusus carnis, qui in certo rumore septies percussam revixisse intellexerat, eamque ad suspicium denuò rapete conabatur, abiit, illa clam secto orine, cum virginibus quibusdam vitili habitu abducta, & curata fuit: neque tamen nisi Evagrii intercessione, apud Imperatorem vitam & libertatem impetrare potuit. *D. Hieron. ad Innocentium.*

\* HIEROGLYPHICA INNOCENTIE.

Ante aliam *Ovis* quam *Agnus* hieroglyphicum est Innocentia. Hinc illud apud *Cyprianum* sapientissimè scriptum *libro de vitæ: Meminisse debemus, quo vocabulo Christus plebem suam appellet, quo titulo gregem suum nuncupet: Oves nominat, ut innocentia Christiana ovibus æquetur: Agnus vocat, ut Agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur.* *Pier. Val. lib. 10.*

Neque desunt qui *Piscem* hieroglyphicum *Innocentia* esse contendunt: cum omnino sint innocui, neque elementum suum ad insidias aliis inferendas transgrediantur. Eoque spectare dicunt Pythagoræ præceptum: qui abstinentium esse à piscibus edicto cavet, ne perirentur infontes. *Pier. Val. lib. 13.*

*Abundantiam manuum gestus* signum quoque hieroglyphicum est Innocentia, quasi illas non contaminatas habere profiteamur. Unde antiqui contestari volentes, se alicujus sceleris innoxios esse, nec alicuius præbuisse, in conspectu multitudinis manus abluebant. *Pier. Val. lib. 35.*

Inobedientia.

¶ *Vide OBEDIENTIA.*

A sum, aliorumque peridorum errores, fidem Christi in partibus Toloanis egregie propugnavit. Atque inde per Italiam & Hispaniam munus S. Inquisitionis emanavit, & fratribus Dominicanis creditum pro majori parte fuit; quamvis alibi secularis Clerici etiam adhiberentur.

REQUISITA.

Apostolicum Inquisitorem oportet esse eruditum in Theologia, & Jure Canonico.

Statuitur, ut annum quadragesimum ætatis attingerit. Clement. volentes, de heret. quamvis in Hispania Rom. Pontificis auctoritate concessum sit, ut si annum trigésimum attingerit, possint id munus obtinere.

Ut accipiat potestatem ad id munus à Roman. Pontifice, nisi is per alium eandem nominaret, quomodo olim superioribus Ordinibus Prædicatorum committabatur, aliquos ex sui Ordinis Patribus deputare: qua de re plures sunt constitutiones Apostolicæ, quas videre est apud Azor. part. 1. Instit. Moral. lib. 8. cap. 18.

In Hispanis tamen creatur Inquisitor Gen. auctoritate Pontificia, quem Rex præsentat, & nominat. Cujus munus est universum Inquisitionis corpus dirigere, inferiores Inquisitores eligere, Visitatores mittere &c. Quis Ferdinandus Rex auctoritate Rom. Pontificis supremum tenentem S. Inquisitionis constituit, cujus Senatores ab Inquisitore Generali Regi offeruntur, ut eos approbet. Legatur fusc de hac re Symanc. Cathol. Instit. 34. n. 6.

IN QUOS INQUIRANT.

Non licet Inquisitoribus in Nuntios sive Pontificios administratos, quos vocant Officiales Rom. Pontificis, inquirere: horum enim causa ad Rom. Pontificem deferretur. Direct. Inquisit. p. 3. q. 25. Nec possunt in Episcopos inquirere, c. Inquisitores, de heret. in 6. Sunt tamen, qui sentiant, posse Episcopum in carcere mitteri ab Inquisitore, si fuerit ob hæresim de fuga suspectus, aut si hæreses verbo docuerit, & multos seduxerit. Sed alii in universam illi infanciantur, & ajunt, Episcopum causam Rom. Pontifici duntaxat renunciari debere. Perna in Direct. Inquisit. p. 3. q. 27. Com. 76.

Quæres, an Inquisitores possint inquirere in religiosos hæreticos exemptos? Respondeo, hanc questionem tractari in Direct. Inquisit. p. 3. q. 28. Com. 77. Constat, ut ibi refertur, olim fuisse diversas Roman. Pontificis constitutiones. Alexander enim IV. Anno Domini 1260. constituit, ut Inquisitores in omnes religiosos hæreticos inquirerent. Sed Pius II. Generali Vicario Francicane familie concessit, ut ipse in sui instituti fratres de hæresi suspectos possit inquirere. Innoc. VIII. omnibus Inquisitoribus interdixit, ne in Fratres Francicanos inquirerent. Sixtus IV. fancivit, ne Dominicani Inquisitores contra Francicanos agerent, nec Francicani contra Dominicanos. Clemens VII. in Constit. que incipit Cum ficut, statuit, ut Inquisitores & eorum Vicarii inquirent in quoslibet Religiosos de hæresi suspectos, non obstantibus quibuscumque privilegiis. Tandem Pius IV. Constituit, editit, sub hoc initio: Pastoris

æterni, ubi decernit, ut Inquisitores possint agere contra quoslibet Religiosos exemptos, hæreticos, seu quovis modo de hæresi suspectos, dummodo, ut ibi dicitur, à suis superioribus, & Præfatis præventi non fuerint; ac ut possint eos punire juxta Canonica instituta, non obstantibus quibuscumque contrariis Constitutionibus: Sic ibi. Juxta hæc Pontificiam Constitutio. hodie Inquisitores, in omnes Religiosos, vel ob hæresim, vel ob hæresis suspicionem inquirent.

Habent verò auctoritatem inquirendi ob hæresim, vel hæresis suspicionem, in seculares principes, Comites, Marchiones, Duces, & alios Principes, & Reges. Hoc enim Canonico jure est constitutum, in c. ut offic. Denique de heret. in 6. ut procedant contra Hæreticos, cujuscumque sint conditionis, dignitatis, vel gradus. Emericus tamen in Direct. Inquisit. p. 3. q. 31. ait: Consultentur, ut contra Reges, & Regales personas publicè non procederent Inquisitores, nisi consulto Rom. Pont. ut cautius, & tutius negotium Fidei agatur. Sic ille. Cum autem Episcoporum causa, qua ad fidem pertinet, ad Rom. Pont. communi jure deferri debet, pariter quoque ratione videtur eadem Principum causam ad Rom. Pont. referenda. Sed animadvertendum est, Comites, Marchiones, & Duces, esse in duplici differentia. Nam alii sunt supremi Principes, qui nullam in temporalibus

superiorè agnoscunt. Alii sunt Regibus subjei, five qui in temporalibus superiores habent. In hos, Inquisitores inquirent, & animadvertunt, qui supremi Principes non sunt; in illos vero non item, nisi specialiter Rom. Pont. mandato. Jo. Andr. in c. Inquisit. de heret. in 6. ait prædictum c. Inquisitores, quo prohibentur Inquisitores procedere contra Episcopos, prohibere quoque, ne procedant etiam contra laicos, in consulto Rom. Pont. quoties, vel magne sunt persone, & dignitate conficiantur, vel tanta est hæreticorum multitudo, ut si contra eos procederent, aut ingens periculum, aut gravis populo perturbatio subsequetur probabiliter crederetur. Sic ille.

CRIMINA DE QUIBUS COGNOScant.

Inquisitorum est jure communi inquirere in Hæreticos, in Credentes, Receptores, Defensores & Fautores Hæreticorum: in eos qui legunt, vel qui apud se retinent, vel qui Typis mandant libros hæreticorum prohibitos five damnatos: in diffamatos quoque, aut suspectos de hæresi: in schismaticos Apostatas in Christianos, qui transeunt, vel qui redeunt ad Judæos, Saracenos, Paganos: item, in Blasphemos, five maleficos, qui proferunt verba hæresim continentia: in Sortilegios, & Divinatores; qui vel ritibus hæreticorum, vel verbis utuntur, que aut hæresim continent, redolent, aut sapiant in Magos, & eos qui Demones invocant, cum eis colloquia, & confuentionem habent: de quibus singulis loco differemus. Denique in excommunicatos, qui per annum in excommunicatione pertinaciter perseverant. At jure novo & peculiari privilegio de quibusdam aliis criminibus cognoscunt. Sciendum est, Excommunicatos esse in duplici differentia, quidam ob contumaciam in causa fidei, & religionis, alii ob contumaciam in aliis causis. Primi generis illi excommunicati sunt in tribus casibus. Primò, quia citati ad iudicium, ut responderent de fide, & religione, vel ut se fissent: id facere renuerunt, hi excommunicantur à Judice c. Cum contumacia de heret. in 6. Secundo, quia directè vel indirectè Inquisitionis officium impediunt, five impediuntur auxilium, opem, & consilium dederunt qui quidem sunt ipso jure excommunicati, c. ut Inquisitionib. §. Prohibemus, de heret. in 6. Tertio quia Credentes, Receptores, Defensores, vel Fautores Hæreticorum fuerint: qui sunt etiam ipso jure excommunicati, c. excommunicamus. §. Credentes de heret. In omnes hujusmodi excommunicatos, si in excommunicatione ad annum pertinaciter perseverant, tanquam in hæreticos inquirent, & animadvertunt, ut ait Archidiaconus, c. Accusatus, de heret. in 6. Hoc est, hujusmodi excommunicatos, sicut hæreticos, quem fuit peccati poenitent, hæreses abjurate, & idoneam satisfactionem reddere compelluntur, & deinde absolutus, Ecclesie reconciliantur: Si vero resistere nolint, Judici seculari traditur, iusta & debita poena placendus. Ita etiam excommunicatus ob contumaciam in causa Fidei, si de suo peccato doluerit, abjuratis erroribus, & idonea satisfactione reddita, absolvitur, & in Ecclesie gratiam admittitur. Quòd si ad saniorum mentem redire noluerit, traditur Judici secularibus capite multandus, hoc est, poena merita puniendus. Ceteri excommunicati ob contumaciam in aliis causis, qui in excommunicatione pertinaciter ad annum permanent, puniuntur solum tanquam suspecti de hæresi. Ita docuerunt Innocentius Hostiensis, Abb. Felin. in c. excommunicamus. 1. §. qui autem de heret. Archidiaconus, Ioan. And. Geminian. & Francus in c. cum contumacia de heret. in 6. Denique quando Inquisitor possit inquirere in excommunicatos, tractatur in Direct. Inquisit. p. 3. q. 47. & Comm. 72. Et in Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de reformat. legitur sic: Excommunicatus verò quicumque, si post legitimas monitiones non respiciatur, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo censuris annexis, in illis per annum inforderit, etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit. Hac ibi.

Animadvertendum est, auctoritate Romani Pontificis Illustrissimos, & Reverendissimos Cardinales ex toto Collegio deligi, & constitui Generales Inquisitores in tota Republica Christiana, quos per litteras consulunt ceteri omnes Inquisitores in singulis urbibus, & provinciis constituti. In Hispania, Inquisitores singulis urbibus præfecti, generalem Inquisitorem Regno Hispaniensi præpositum per litteras consulunt: is verò consulit Illustrissimos, & Reverendissimos Cardinales totius sanctæ Inquisitionis præfectos.

DOMUS INQUISITIONIS.

Sunt certe Domus & Tribunalia Inquisitionis deputata, ad que conveniunt qui operi præstant, caucique omnes hic ventilantur. Celeberrimum exstruit, & dedicavit sanctæ huic functioni Hispaniæ Philippus II. Hispania Rex, uti & aliis locis. Pius etiam V. Romæ admodum insignem à fundamentis excitavit, quam hæc inscriptio omnibus notam voluit.

Pius V. Pontif. Max. Congregationis S. Inquisitionis domum hanc, quo hæreticæ pravitatei sedatores cautius corceantur, à fundamentis in augmentum Catholicæ religionis crexit. Anno M.D.LXIX.

Infania. *Pete ex loco de Stultis. Amensibus, &c.*

Inscitia. *Vide Ignorantia.*

EXEMPLA ET APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

DIogenes percontanti, Que tellus gravioem gestaret molem? Que hominem, respondit, nudem & à bonarum artium studio alienum. *Stobus.*

PLATO. Eo differe doctum ab indocto dicebat, quo bene valentem ab ægrotò videmus? Mentis enim sanitate ac lumen à doctrina persæpe, ab ignorantia autem ægritudine manifestis rationibus pronuncia. *Phil. lib. 7. cap. 1.*

Si quid altarium retum, incitua utque omnium efficacissima est ad quidvis perducendum hominibus levibus, & superciliosis, que ad inconstitiam temeritate eos impellit, & ad quidvis sine consilio sciendiendum invitat, si forte levibus eorum cogitationibus infidat. *Nicoph. Greg. lib. 9.*

CHRISTIANORUM. Ex Apophthegm. L. Beyerlinck. Scire aliquid tanti est, pudor est nil dicere velle, ajebat magnus Cato. Sunt tamen qui etiam incitua inopertius, & emolumenta adtribunt. Et quidem Abbas Arsenius percontanti Eutragio monacho Genacum literarum peritissimo, cur monachi Aegyptii rudes loquamur, & indocti, tantis effere virtutibus ornati præ aliis respondit: Nos, qui alienis confidimus laboribus, non possumus ita tanquam ex propriis fructum percipere: ite verò qui in propriis laboribus occupantur merito etiam proprios fructus colligunt. *Sexto. 4. in Vita.*

Fama nominis S. Antonii perant quidam Philosophi, cum eum venissent, & velut indoctum desperantes ad illos converti, Quis, inquit, prius est sensus, an litteræ? Aferentibus autem, sentium esse auctorem, & inventorem litterarum, Ergo inquit Antonius, qui tenus incolamus est, hic litteras non requirit. *Athanas. in vita.*

Quid? S. Augustinus audierat mira narrantem Potitulum de conversione quorundam adhaerentem exlezione vite S. Antonii: & Alipium, qui fors aderat, in vadens, Quid? inquit, surgunt indocti, & celum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris sine corde. Ecce ibi voluntatum in carne & sanguine. *Coll. ex lib. 8. Confes. cap. 8.*

Erat Dominus Idiotia, religiose & laudabilis vite, at plane incitus: cui cum aliquando Gerardus à Nazaretho vellet litterarum elementa tradere, eaque adducere ei esset perdifficile, dicebat: Verè magis Deo placere potero iuste vivendo, quam si tempus perdidero horum quidquam inutiliter addicendo. *Gerard. à Nazareth. cap. 6.*

Roganti cuidam, cur in sciti & indocti utique adeo amplectantur suas commentationes, & si quid forte opportunius dicant: Miraris? inquit, Quodnam quæso animal impenitus amat suos foetus, asino & simia? Apponit certe, incitus asinus, & simis comparat. Ita enim eorum personam induens Perseus, cavillatur:

Non ego cum scribo, si forte quid apertus exit, Laudari metuam: que enim mihi cornea fibra est. *Aud. Serm. consuevial.*

Hæc refer. Apophth. de Ignorant. Doctrina & Eruditione.

Inscriptio. EPITAPH.

Consulatur Locus de Laudæ & Laudatione. Tit. quemodo laudati. Inscriptio &c.

Item in Loco de Honoræ, nonnulla habentur. Tit. de Momentis, Status, Imaginibus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Nos præfati loco Inscriptiois nomen latius accipimus, ut significet five titulum, five notam, five quodcumque scriptum, quod alicui rei adhaeret, velut illius index. Quales Inscriptioes reperuntur passim in Basilicis, Hortis, Cenobiis, viis publicis, ædibus privatis, Palatiis, Curias, Scholis,

Fontibus, Turribus, Portis, Columnis, Statuis, Epitaphiis, E & his similibus. E singulis unam aut alteram dabimus, que sit instar omnium.

INSCRIPTIONES VARIE. AC PRIMUM STATUARUM.

Romæ ad statuum Sixti V. Pont. hæc leguntur. *Sixto V. Pont. Max. ob quietem publicam, compressa Sicariorum Exulumque licentia, restitutam annonæ inopiam, sublevatam urbem, adificiis, viis, aquaductibus illustratam.*

S. P. Q. R.

Patavii sub statua antiqua T. Livii. *Ossa tumque caput civis tibi maxime LIP! Prompto animo hic omnes composere tui. Tu famam æternam Roma, Patriæque dedisti. Hinc oriens, illic fortis facta canens. At tibi dat patria hæc: & si maiora liceret, Hoc totus staret ævens ipse loco.*

T. Livius IV. Imp. Tiber. anno exsecro, ætatis sue LXXVI. COLUMNARUM.

Prope Ravennam in faxea columna hæc inscripta sunt. *Hæc cladem horrendam! hic ille percelebris ager est Victor, in quo acerrimè utrinque pugnaver, xx. hominum milia ceciderunt. Hæc petra Petrus donat donatus Ibero, Galloque hic casus, Cæsus hæc memorans.*

Pete nonnulla ex Loco de Columnis. O B E L I S C I.

In obelisco areæ S. Petri Romæ, ad pedem ejusdem. *Si lapis est unus, dic, qua suis arte locatus? Quo d, si sunt plures, dic ubi congeries?*

Vide nonnulla in loco de Obeliscis. C U R I E.

Ratisbonæ in tabula marmorea in Curia sequens inscriptio legitur. *Quisquis Senator Curiam officii causa ingrederis, ante G ostium privator affectus omnes abiecit, iram, vim, odium, amicitiam, adulacionem, Resp. personam & curiam subiecit. Nam ut aliis æque aut iniquus fueris, ita quoque Dei iudicium expectabis, & sustinebis.*

Britix in Palatio Capitanei. Hic Locus odit, amat, punit, conservat, honorat, Neguitiam, pacem, crimina, iura, probos.

Pistorii ante Curiam. *Orantibus vestris fidem ne rumpite civos adhaerentes. Præste concordæ, siletem cupitis avum. Es qui consulis patria decernere verum, Damnorum memores qua iam fecere parentes.*

TRIBUNALIS.

Perusæ ad Tribunal Gubernatoris. *Ius reddens Index, semper sis omnibus idem, Iudicium alterius iudicis ut fugias.*

A R C I U M.

In Arce Tiburina. *Grata bonis, invisa malis, inimica superbis. Sum tibi Tybur, enim sic Pius instituit.*

Senis in Arce nova. *Cosmus Medicus Dux Florentiæ, & Senarum Arcem, & unâ Senensium quietem, & securitatem fundavit. Anno M.D.LX.*

PROPUGNACULORUM.

Antuerpiæ in augustissimo propugnaculo hæc leguntur insculpta. *D. Marie Hung. Reg. D. Carol. V. Casforavi, patriæ ex fratris auctoritate Turrici, S. P. E. Ab hac molem ex eius nomine Marianam nuncupantes, pias votis DD. Neapoli in certa turri propugnaculi vicem gerente.*

*Vi diurno usque desessu Pan. Satyris Nymphisque commitantibus cum Musis simul intus à præconibus requisiceret, Bernardus Martirabus Regni Neapol. sub Carolo V. Cas. Secretarius, propugnaculum hoc erexit. Anno M.D.XXIII.*

P O R T A R U M.

Rome in Porta Cælimontana. *Greg. XIII. P. M. publicæ utilitatis, & urbis ornamento viam Campanam constravit, portam exstruxit. Anno M.D.LXXIV. Pont. 3.*

Antuerpiæ in porta primatia. *G A.*

A. CAROLUS V. CAESARI

Hanc portam primo mortalium introgressus, Cesaream nuncupavit, Die 25. Novembris, Anno M.D.XLV. Francourti ad Mœnum in Porta ad Pontem qui Mœno impositus, supra insigne Aquilæ... Nil Deus in terris adhaere Cesare manus, Auspiciis cuius stat decus imperii...

ARCUM TRIUMPHALIUM

Romæ in Arcu Triumphali Constantini Impen. Imp. Caf. Fl. Conf. aut. iud. P. F. Aug. S. P. Q. R. quod insinuat divinitatis, mentis magnitudine, cum exercitu suo tam de Tyranno, quam de omni eius factione, uno tempore iussit Rempublicam esse armis arcum triumphis in signem dicavit.

ALTIARUM

ALTIARUM. TEMPLORUM. Loreti sive Laureti aut. Adem sacram Desipare: Tempa alibi posere Patres, sed sanctius istud, Angelice Urbis, Kirgo, Deusque locant.

FONTIS BAPTISMALIS

In Ecclesia S. Bartholomæi Francourti ad Mœnum. Hic picturato velamine clauditur illa, Que mundum antiquo crimine purgat aqua.

ARMAMENTARIORUM

PARISIIS in armamentario regio. Aethna bac, Henrica Kulaavia tela ministrat, Tela Giganteos debellatura furoras.

CORONÆ SIVE DIADEMATIS

Roms V. Pontifex Cosmum Medicem post insignem operam navatam pro augmento Religionis, pluraque pericula suscepta, sumptuose ad retundendam hæreticorum insolentiam verè regios per eum factos, ad urbem venientem, anno M.D.LXX. mense Februario, magnam Ducem Hetruriz cum successibus suis creavit. Atque in corona qua eum donavit, inscribitur: Pius V. Pont. Max. ob excimiam dilectionem, & Catholicæ religionis zelum, præcipuumque Iustitia studium donavit.

FONTIUM

Romæ in via Flaminia. Hanc deduxit aquam amplissem Bivagus in usum, Servitius in domo, servitiat ut populo. Publica sed quanto privatis commoda, tanto Præstat amore domus publicis orbis amor.

PONTIUM

Prope Pifas via Florentina in Ponte novo. Sicciat paludum, agrorum cultus, calis salubritati confertis Cosmus Medic. Flor. & Sen. Duc. a patru Virg. M.D.LVI. Cal. Novemb. Ec.

HORTORUM

Hortorum. Consule Locum de Horis. Elegans est Inscriptio; quam in arce sua Bredemburg, sub imagine Vertumini, legendam, hortum suum visitantibus exhibuit Henr. Ranzovius, estque talis.

Ponsiforum quicumque venit, non habet in hortum, Neque miratus que sit imago, roga: Est mihi Vertumino nomen, quæ veror in omnes, Quas animus formosæ gestis habere meum.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

Non habet mihi, nunc non voluit arator, Nam manibus iure gratia sella meæ, Nam frondes poterant credi, visere paratæ.

BIBLIOTHECÆ PUBLICÆ

Florentiz in accessu Bibliothecæ Medicæ. Cosmus in hac edes meliora volumina Kiguo Transfudit, & primas quas habet orbis opes. Sic genuit tandem sterili de nomine Cosmus, Rem sibi tum mundo, calitibusque parem.

Romæ in privata Julii III. Bibliotheca. Julius III. Pont. Max. ad honestam ab ingentibus curis animi relaxationem, litterarum otium fructum, & jucunditatem, Bibliothecam privatam fieri, & exornari iussit, Pontif. anno primo.

Urbini in Bibliotheca Ducis. Sint tibi divitiæ, sint aurea vasa, talenta Plurima, servorum turbe, gemmaque nitentes: Sint vestes variae, pretiosa monilia, torques: Id totum hæc longe superat præclaræ suppellex.

Sint aurati etiam niveo de marmore postes: Et variis placeant penetralia picta figuris: Sint quoque Troici circumdata mania panni, Et miro flagrent viridaria culta decore;

Extra intraque domus regali fulgida luxu: Res equidem miræ: sed Bibliotheca pacata Res loqui, facunda nimis; vel iusta accere, Est prædæ potens, & delectare legentem.

Tempora & ipsa docet, venturæque plurima pandit, Explicat & cunctos cæli terraque labores: Pete alia ex loco de Bibliothecis. Lib. 2. hujus Operis.

ADUUM PRIVATARUM. Confluentie in domo cuiusdam nobilis, ad portam que ad Rhenum ducit, tale distichon se ostendit.

Hanc si struatur aprens mirabitur atas, Iudicium melius posteritatis erit. Lipsiæ in fronte domus private.

Commorandi nobis aliquandiu hic tempus concessit natura, locum permanendi non dedit. Quid ergo in caducis superbis terra & cinis? Sic transit gloria mundi.

Lovanii ante aedes qualdam propè mentia. Quod mihi sit nomen, si forte rogaveris hospes: Cum placem Domino, iure dedere PLACET.

AD SECESSUM. Huc tandem Inscriptio usus devenit, ut & istdem pecceram nonnulli utantur (nisi quis hic etiam ulum aliquem agnoscat, quod omnibus locis rebusque subservire valeant); in locis abstrusis, & que abdita, & occultiora voluit expultrix naturæ facultas. Ita legitur alibi fortibus adscriptum.

Hoc scio pro certo, quoties cum stercore certo, Vinco, seu vincor, semper ego maculor. Item istud. Equa lege necessitas sortitur insignes & imos. Alibi etiam. Moras extrema reculant.

AD HYPOCAUSTUM. Uraniburgæ arx est in Dania, quam ædificavit Tycho Braheus Anno 1176. supra januam hypocausti.

DOMI Latere conspici Foris. AD SPECULUM OPTICUM. ibidem. Exteriора patenti, interiora latent.

AD MUSEUM. In eadem Arce. Non haberi, sed esse. Rufus. Vnum est nature vinculum, doctrina numerorum, figurarum, & motuum celestium.

TYPOGRAPHIÆ. In supradicta Arce. Vranis ingenio & cello molimine parta Imprimeris manum sine labore labor? Imundique divi vasti pete regna, superstes Successus tribuat, conditor Vranicum.

LABORE ET CONSTANTIA FORNACIS. In Arce Uraniburgica IN MUNDO CALLET CALLIDUS, CALLET IMMUNDO.

Videat studiosus Lector, que de Inscriptioibus, & Monumentis, litteris consignatur Natbam Cytharus, Laurentius Schraderus, Franc. Sibertinus, in suis Christiani orbis delictis, & Ita.

Pocula amicicia faciunt, & pocula solvunt. Sibi quis ut valeant corpora menque, sapit. Alibi ex S. Augustino scriptum legitur. Quisquis amat dicitur abstinere rodere vitam, Hanc mensam veni am moverit esse sibi CAMPANARUM.

Apud Prædicatoris Annæcipæ, veteri Campanæ insculptum legitur. Temporibus elango cœcis, & sumera plango. Anno 1253. Rothomagi in Ecclesia primatya, visitur ingens Campana, quam Georgius d'Amboyle fieri curavit, fluoque nomine appellari voluit. Ejus molem versus Gallici in orbem inscripti declantur.

Je suis nommee George d'Amboise, Qui plus de trente mil poise, Et qui bien me poiserà, Quaranta mil il trouvera.

Campanæ Refectorii in Abb. Parenci extra Lovanium inscribitur. Vox mea vox grata, cibaria dico parata.

B. Bugensis campana que in foro botas distinguit & indicat, per circuitum inscriptum legitur. Q. B. E. Hanc æneam machinam publicæ privatam, Civibus, Incolis, Accolis usui futuram, S. P. Q. B. fundi, & aptioris, altioris loco suspensi curavit. Anno M.D.LXXXIV.

Sylvæ Ducis in Brabantia leguntur Inscriptioes duarum campanarum, prioris 11000. librarum, quæ est talis. M. C. quater sexa decies, amoque secundo, Crvis Agripæ nomen me fuit: Marobelinus. Mancupor, ut fere res, Evangelista Joannes. Eximius rebus pulcor, sessis que dicitur, Fulgura ne populus nocens, aut adibus alis.

Arce demorandi obita sepe sono, Non in plebendo præter, ignesque turndas, Genem turbare, vel in hostes arma parari, Brabantiaque Ducem sustinuisse necem.

Istius Ecclesiæ præcelso impensa queque Quæ maior ac verbis defensor buldocondensit: Christi virtute que protegor, etique Mariæ Alterius veto 7000. pondio Epigraphæ est ista. Anno millesimo C. quater, bis tum quoque quater, Bulfocondensata, cui sermo, Grimma vocata.

Nympe Jun Grimma, sed Margareta vocatur. Terro Lavorens, prænotato solatione, Bellis armari indoles, flammasque fuerit. Qui me fundebat P. P. Altemus nomen habebat, De Pechel natus, hæc qui fuit arce probatus.

In turri Martiana Antuerpiensi, campana, quæ Caroli nomen accepit, pondus habens xvi. millium librarum, hæc epigraphæ circumducitur. Carolus è cello Castellæ Rege Philippo Orum: amicus eius Maximilianus erat. Huius aspicio numerus & nomina fuit: Sacra fides, pax, mens, funera, bella cano.

ANNO M.D.VII. HOROLOGIORUM. Florentiz sub horologio S. Matie Novellæ: Sic fuit oculis, sic multis decipit ætas, Sic venit ad finem quidquid in orbem manet.

Rofochi sub horologio Jacobæo: Indice me quoties fugientes suspicis horas, Te vites gressu motu proprio prænot.

Vide Locum de Horis. Tit. Horologia. SCHOLARUM. D. Golicii ante scholam Humanitatis. Prima bone mentis hic curata, sit altera morum, Tertia litterarum perdidicisse bonas. Qua virtute caret, non est doctrina putanda: Et Christum ignorans, bellua totus homo est.

Uratilaviz in schola ipsa, officii Scholastici compendium legitur. Ora, Obtempera, Tace, Audi, Disce, Repete, Exerce, Patere, Bonozie in Auditorio Inferiore. Magister esto diligens, doctus, vigil, Ferique amator, & alieni commoda. Auditor ac tu sis laboris appetens, Magistrum amator & imitator scdulus. Conimbricæ in Lusitania. Regum olim hæc fuerat, Musarum regia nunc est, Esse usquam melius non posuere Dec.

Tautini in facie Academiæ. Nescio Deum, & mores hominum, Turis que recessus, Et verum casus, Morbos curare requiritis? Hæc ades, immortalis eris, labor omnia confers.

A Italiae monumentis, & ex iis feligar, quae palato suo gratiora judicabit. Nos breviter studentes, pauca e multis, quae illi observarunt, retulimus, additis tamen plerisque, quae ab iis non videntur; quamvis etiam sparsim in hoc opere variae Inscriptiones inferantur, ubi occasio ita tulit, ad quas Lectorem quoque remittimus.

Inscriptione characterum non esse deturpandam faciem. vide. FACIES.

\* Insidia. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Insidia, fallaciae, sive dolosa expectatio, ab insidendis & occupandis locis atque sedibus certis, ut nihil tale cogitantem interceptas, & opprimas. Graeco ἰσίδια, ἰσίδιον, Heb. Erebi. Latibulum (unde quidam putant Erebi nomen fluxisse, propter tenebras) a verbo Arab. Clam insidiatus est, latuit sub tectis, absconditus est sub latibulis tenebrosis, & in speiunctis.

\* INSIDIARUM STRUCTURARUM EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Expugnatus Josue urbem Hai, elegerat quinque virorum millia, & posuerat illos in insidiis inter Bethaniam & Hai, omni exercitu reliquo aciem dirigente ad altam urbis partem. Itaque rex festinavit manere: & egressus civitate cum omni exercitu suo, direxit aciem contra desertum, ignorans, quod post tergum laterent insidia. Josue vero, simulata fuga, cessit loco: quem cum Rex Hai totaque civitas persequeretur, qui latebant in insidiis, surrexerunt, & pergentes ad civitatem eam incenderunt. Josue cap. 8.

Posuerunt Sichimitae in summitate montium insidias adversus Abimelech Regem, qui etiam de nocte confurgens, tendens insidias juxta Sichimam in quatuor locis, eosque circumvenit, & cruciavit. Judic. cap. 6.

DALLIA Sampsoni insidias preparavit, occultando Phillistios in interiori cubiculo; qui cum apprehenderunt, & illuserunt ei. Ibid. cap. 16.

Itacite quoque adversus Beniamitas insidias struxerunt; unde cum fugi simulata illi eos inlequerentur, in lateres insidias dilapsi sunt, & qui in insidiis erant, civitatem eorum ingressi, eam ceperunt. Ibid. cap. 20.

SADULI tendit etiam insidias in torrente adversus Amalech. 1. Reg. cap. 15. Item adversus David, eum mittens, ut pugnaret adversus Phillistios, in quorum manus eum tradere cogitabat. Ibid. 18. Basa insidiatus fuit Nadab filio Jeroboam, & cecidit eum. 3. Reg. cap. 15.

JEZABEL regina insidiata fuit Eliaz prophetae, quia occidit universos Prophetas Baal. Ibid. cap. 19.

BENADAD Rex Syriae pugnaturus contra regem Israel, variis locis disposuit insidias. 4. Reg. cap. 6. Quomodo etiam fecit Osee filius Ela contra Phacee. Ibid. cap. 15. Item servi regis Ammon, qui per insidias occiderunt eum. cap. 21.

JEROBOAM quoque ignorantem Judam suo ambebat exercitu, & retrò moliebatur insidias. 2. Paralip. 13.

BAGATHAN & Thares Eunuchi per insidias cruciatae conati Assuerum Regem, cujus rei eum monuerat Mardocheus. Esther. cap. 6.

\* EXEMPLA HISTORICA. Ex Frontinis de Stratagematibus, & aliis.

FRONTINUS: Romulus per latebras copiarum parte disposita, cum ad Fidenas accessisset, simulata fuga, temere hostes insequentes eò perduxit, ubi occultos habebat milites: qui undique adorti effusos, & incautos ceciderunt.

Q. FABIVS MAXIMVS COS. auxilio Sutrinis missus adversus Hetruscos, omnes hostiorum copias in se convertit; deinde simulato timore, in superiora loca veluti fugiens recessit, effusaque subeuntes aggressus, non aciem tantum superavit, sed etiam castris exiit.

SEMPRONIVS GRACCHVS adversus Celtiberos, metu simulato, continuit exercitum: emissa deinde armatura levi, quae hostem laceraret, ac statim pedem referentem, evocavit hostem: deinde inordinatos aggressus, usque eò cecidit, ut etiam castra caperet.

Q. METELLVS COS. in Sicilia bellum gerens adversus Hadrubalem, ob ejus ingentem exercitum, 130. elephantis in-

tentorem, diffidentia simulata, intra Panormi un coplastentur, E fossamque ingentis magnitudinis ante duxit: conspecto deinde exercitu Hadrubalis, qui in prima acie elephantos habebat, praecipit hastatis, ut tela in bellas jacerent, protinusque se intra munimenta reciperent: ea ladicione retores elephantorum concitati, in ipsam fossam elephantos egerunt quo ut primùm illaqueati sunt, partim magnitudine tonorum confecti, partim retrò in suos celi, rotam aciem turbaverunt. Tunc Metellus, hanc operiens occasione, cum toto exercitu erupit, & aggressus à latere Pecos cecidit, ipsique, & elephantis potius est.

TOMYRIS Seytharum regina, Cyrum Persarum ducem, quo Marte certantem, simulato metu elicit ad notas milli suo angustias, atque ibi repente converso agmine, natura loci adjuva, devicit.

AEgyptii confecti acie in eis campis, quibus junctae paludes erant, alga eas contexerunt, commissioque praelio fugam simulantes in insidiis evocaverunt, qui rapidius vecti per ignota loca, limo inhaerent, circumventique sunt.

VIRIATUS ex latrone dux Celtiberorum, cedere se Romanis equitibus simulans, usque ad locum voraginosum, & praelium eos perduxit: & cum ipse per solidos ac notos sibi transitus evaderet, Romanos ignatos locorum immerfosque limo cecidit.

FULVIUS Imperator, Cymbrio bello collatis cum hoste castris, equites suos iussit succedere ad munitiones eorum, laceratissimeque barbaris, simulata fuga regressi: hoc cum per aliquot dies fecisset, avidè insequentibus Cymbriis, animadvertit castrorum solita nudari: itaque per partem exercitus custodiam consuetudine, ipse cum expeditis post castra hostium confedit occultus, effusisque eis ex more repente adortus, & desertum prorut vallum, & castra cepit.

CNEVS Fulvius cum in sinibus nostris exercitus Falicorum, longè nostrò major castra posuisset, per suos milites quadam procu à castris adificia succendit, ut Falisci nos id fecisse credentes, spe praedae diffunderentur.

ALEXANDER ex Epirotis adversus Illyrios collocata in insidiis manu, quosdam ex suis habitu Illyriorum instruxit, & iussit vastare (suum, id est, Epiroticam) regionem: quod cum Illyrii viderent fieri, ipsi passim praedari caperunt, sed securus, quod praecedentes veluti pro explorantibus habebant: à quibus ex insidiis in loca iniqua deducti, caesi fugatique sunt.

LEPTENS quoque Syracusanus adversus Carthageneses vastari suos agros, & incendi villas castellaque quadam imperavit. Carthageneses à suis id fieri rati, & ipsi tanquam in adiutorium exierunt, exceptaque ab insidiatoribus, fusi sunt.

MAHARBAL missus à Carthagenensibus adversus Aphrorebellantes, cum sciret, gentem avidam esse vini, magnam ejus modium mandragora permiscuit, cujus inter venenum ac saporem media vis est: tunc praelio levi commisso, ex industria cessit, nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam farsinis, & omni vino infecto, fugam simulavit: cumque barbari occupatis castris, in gaudium effusis, medicamentum avidè merum hausissent, & in modum defunctorum strati jacerent, reversus cepit eos, ac cruciavit.

HANNIBAL, cum sciret sua & Roman. castra, in eis locis esse, quae lignis deficiantur, ex industria, in regione deserta plurimos armentorum greges intra vallum reliquit: qua velut praeda Romani positi in fumis lignationis angustis, insalubribus se suis onerantur: Hannibal reducto nocte exercitu, securos eos, & cibus angustiarum graves carne, majorem in modum vexavit.

TYBERIVS GRACCHVS in Hispania certior factus, hostem inopem commeari laborare, inlustratissima castra omnibus scutulis deferunt, quae adeptum hostem, & reperit intemperanter replem, gravemque reducto exercitu, subito oppressit.

Hi qui adversus Erythreos bellum gerebant, speculatores eorum in loco edito deprehensum occiderunt, & vestem ejus militi suo dederunt, qui eodem jugo Erythreos signo dato in insidiis evocavit.

Arabes, cum esset nota consuetudo eorum, qua de adventu hostium interdum fumo, nocte igne significare instruerant; ut sine intermissione ea fierent, praeciperunt, adventantibus autem adversariis intermitterent: qui cum cessantibus luminibus existimarent ignorati adventum suum, avidius ingressi oppreffique sunt.

ALEXANDER Macedo, cum hostes in saltu editiore castra communiissent, seducta parte copiarum, praecipit his, quos relinquebat, ut ex more ignes excitarent, specie: quae praebent totius exercitus: ipse per avias regiones circumducta manu, hostem superiore aggressus loco, depulit.

MEMNON Rhodius rex, cum equitatu praevaleret, & hostem in

A in collibus se continentem, in campos vellet deducere, quodam ex militibus suis, sub specie per fugae, misti in hostium castra, qui affirmarent, exercitum Memnonis jam perniciosa seditione furere, ut & subinde aliqua pars ejus dilaberetur. Huic affirmationi ut fidem faceret, passim in conspectu hostium iussit parva castrilla muniri, veluti in ea se recepturi essent, qui dissidebant: hac persuasione solliciti ut in montibus se continuerant, in plaga descenderunt, & dum castrilla tentant, ab equitatu circumventi sunt.

HARRIDAS rex Molossorum, bello petitus ab Ardie Illyrio, majorem aliquantò exercitum habente, molitus imbelles suorum, in vicinam regionem Aetoliae famam passit, tanquam urbes ac res suas Aetolis concederet. Ipse cum his qui arma ferre poterant, insidias in montibus, & locis confragosis distribuit. Illyrii timentes, ne quae Molossorum erant, ab Aetolis occuparentur, velut ad praedam festinantes, neglectis ordinibus accelerare coeperunt, quos dissipatos, nihil tale expectantes, Harridas ex insidiis fudit, fugavitque.

T. LABIENVS, C. Caesaris legatus adversus Gallos, ante adventum Germanorum, quos auxilio his venturos sciebat, consurgens cupiens, diffidentiam simulavit, postisque in diversa ripa castris, profectorem edixit in postero diem. Galli credentes eum fugere, flumen quod medium erat, infuerunt transmittere. Labienus circumacto exercitu, inter ipsas superandi amnis difficultates eos cecidit.

HANNIBAL, cum explorasset, negligenter castra Fulvii Romani ducis munita, ipse praeterea multa temerè audere, prima luce, cum densioribus nebulis praetarent obscuritatem, paucos milites munitionum nostrorum vigilibus ostendit, quo Fulvius repente movit exercitum. Hannibal per diversam partem castra ejus occupavit: & ita in tergo Romanorum effusus, octo millia fortissimorum militum cum ipso duce cruciavit.

Idem Hannibal, cum inter Fabium dicitorem, & Minutium magistrum equitum divisus effe exercitus, & Fabius occasum immineret, Minutius pugnandi cupiditate flagrare, castra in campo qui medius inter hostes erat, posuit, & cum partem pedum in confragosis rupibus celasset, ipse ad evocandum hostem misti, qui proximum tumulum occuparent: ad quos opprimendos cum adduxisset copias Minutius, insidiatores ab Hannibale dispositi subito consurrexerunt, & desessent Minutii exercitum, nisi Fabius periclitantibus subvenisset.

Idem Hannibal, cum ad Trebiam in conspectu haberet Sempromii Longi Cos. castra, medio anme interfluente levissima hyeme, Magones, & electos in insidiis posuit. Deinde Numidas equitem, ad eliciendum Sempromii crudelitatem, adquiret vallo ejus iussit: quibus praeciperat, ut ad primum nostrum incursum per nota deriverent vada. Hos consul & adoratus temerè, & secutus, jejunium exercitum in maximo frigore transitu fluminis rigore fecit. Mox tempore, & inedia affectis, Hannibal suum militem opposuit, quem ad id ignibus, oleo & cibo foverat: nec desuit partibus Mago, quin terga hostium in hoc ordinatè cederet.

Idem ad Thrasimenum, cum arcta quadam via in radices montis, & campos patentes duceret, simulata fuga, per angustias ad patentia evasit, ibique castra posuit, ac nocte dispositis militibus, & per colleum, qui imminabat, & in lateribus angustiarum prima luce, nebula quoque adjuvus, aciem direxit. Flaminius veluti fugientem insequens, cum angustias esse ingressus, non ante providit insidias, quam simul à fronte, lateribus, tergo circumfusis, ad interfectionem cum exercitu cederet.

Idem Hannibal, adversus Junium Dictatorem, nocte intempesta sexcentis equibus imperavit, ut in plures turmas segregaret per vices, sine intermissione, circa castra hostium se ostentarent. Ita tota nocte Romanis in vallo, statione, ac pluvia, quae fortè continua fuerat, inquietatis confectisque, cum recepti signum jam Junius dedisset, Hannibal (uos requietos reduxit, & castra ejus invasit).

EPAMINONDAS Thebanus in eundem modum, cum Lacedaemonii Athron vallo ducto Peloponnesum tenerent, paucorum opera levis armaturae, tota nocte inquietavit hostem, ac deinde prima luce vocatis suis, cum Lacedaemonii se recepissent, subito universum exercitum, quem quietum habuerat, admovit, & per ipsa munimenta desinita propugnatoribus intravit.

HANNIBAL directa acie ad Cannas d. c. equites Numidas iussit transfugere, qui ad fidem faciendam, gladios & scuta

nostris tradidere: & in ultimum agmen recepi, ut primùm E concurre capir, strictis minoribus (quos occultaverant) gladiis, scutis jacentium assumptis, Romanorum aciem ceciderunt.

JADYGES, P. Licinio proconsuli pagos quoque sub specie ditionis obtulerunt, qui recepti, & in postrema acie collocati, terga Romanorum ceciderunt.

SCIPIO Africanus, cum adversa haberet bina hostium castra, Syphacis & Carthagenensium, statim Syphacis, ubi multa incendiis alimenta erant, aggressus nocte, ignem injicere, ut ex ea re Numidas quidem ex suis castris trepidantes cederet: Penos autem, quos certum erat ad succurrendum locis procururos, insidiis dispositis exciperet: utrumque ex sententia cessit.

MITHRIDATES à Lucullo virtute frequenter superatus, insidiis eum appetit, Adathante quodam eminente viribus subornato, ut transugeret, & fide pacta hosti, facinus perpetraret: quod is strenuè quidem, sed sine eventu conatus est: receptus enim à Lucullo in gregem equitum, non sine tacta custodia habitus est: qua nec credi subito transfuge, nec inhiberi relliquos oportebat. Cum deinde frequentibus excursionibus, promptam & enixam operam exhiberet, fide acquisita tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castris dabant, pratorumque secretis praestabant: casus adjuvit Lucullum, nam qui ad vigilantem usque admitteretur, fatigatum nocturnis cogitationibus, illo tempore quiescentem invenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum, ac necessarium, intrare vellet, & pertinaciter a fervis valedudini domini consulentibus excluderetur, veritus, ne suspectus esset, equis, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus.

SERTORIUS in Hispania, cum apud Lauronem oppidum, vicina castra Pompeji castris haberet, & duae tantummodo regiones essent, ex quibus pabulum peti posset, una in propinquo, altera longius sita, eam quae in propinquo erat, subinde à levi armatura infestari, ulteriore autem venit ab ullo armato adiri, donec persuasit adversariis, tutiore esse, quae erat remotior: quam cum petissent Pompeiani, Octavianum Gracimum cum decem cohortibus, in morem Romanorum armatis, & decem Hispanorum levis armaturae, Tarquinium Priscum cum duobus millibus equitum ire jubet ad insidias tendendas pabulatoribus: illi strenuè imperata faciunt. Explorata enim locorum natura, in vicina silva nocte praedictas copias abscondunt, itaut in prima parte levis Hispanos, apertissimos ad futura bellorum, poterent: paulò interius cutatos, in remotissimo equites, ne fremitu equorum cogitata proderentur: quiescere omnes silicio servato in horam tertiam diei jubet eum deinde Pompeiani secuti servatiq; pabulo de reditu cogitarent, & hi quoque qui in statione fuerant, quiete invitati ad pabulum colligendum dilaberentur, emissi primùm Hispani velocitate gentili in palantes esundantur, & convulnerant confunduntque nihil tale expectantes: prius deinde quam resilli his inciperet, cutati erumpunt è saltu, & redeunt in ordinem consternunt, veruntque fugientibus equites immissi toto eo spatio, quo redibatur in castra, persecuti caduntur: curatum quoque, ne quis effugeret, nam reliqui 250. equites praemissi facile per compendia itinerum effusis habent, antequam ad castra Pompeji pervenirentur, conversi, occurrunt eis qui primi fugerant. Ad cuius rei sensum Pompejo immittente legionem cum Laelio praedidium suorum, subducti in dextrum latius velut cesserunt equites, deinde & cum ita legionem hanc à tergo infestarent, cum jam etiam à fronte qui pabulatores persecuti erant, incurfarent, sic legio quoque inter duas acies hostium cum legato suo elisa est; ad cuius praedidium Pompejo totum adducere exercitum, Sertorius quoque e collibus suos instructos ostendit, efficitque, ne Pompejo expediret praeter duplex damnum, eadem solertia illatum, spectatore quoque eum cladis suorum concivit: hoc primum praelium inter Sertorium, & Pompejum fuit: decem millia hominum de Pompeji exercitu amissa, omnia impedimenta: Livius autor est.

POMPEIUS in Hispania, dispositis ante, qui ex occulto aggrederentur, simulato metu, deduxit instantem hostem in loca infesta; deinde ubi res poposcerunt, conversos, & in fronte, & utriusque lateribus ad interfectionem cecidit, capto etiam duce eorum Perpenna.

Idem adversus Mithridatem in Armenia, numero & genere equitum praevalem, tria millia levis armaturae, & 500. equites nocte in valle sub virgultis, quae inter bina castra erant, disposuit: prima deinde luce, in stationem hostium emisit equites ita firmatos, ut cum universus cum exercitu hosti